



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XVIII. Markgraf Ludwig verkauft der Stadt Brietzen die Heide oberhalb und unterhalb der Stadt, den Zoll mit den dazu gehörigen Holzungen, am 9. August 1342.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

ribus, gratiis, commodis, libertatibus et honoribus probabilibus seu debite consuetis apud Predecessores nostros Marchiones Brandenburgenses bone recordationis usis hactenus et gavisis, volumus gratuite conservare. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum Berlin Anno domini Millesimo CCC quadragesimo primo, die dominico post diem beati Jacobi apostoli.

XVIII. Markgraf Ludwig verkauft der Stadt Brietzen die Heide oberhalb und unterhalb der Stadt, den Zoll mit den dazu gehörigen Holzungen, am 9. August 1342.

In nomine Domini Amen. Ludovicus Dei gr. etc. omnibus hanc literam cernentibus in perpetuum. Gesta hominum ducerentur frequentius in irritum et inane, si non voce testium et scriptis autentis reciperent firmamentum. Nosse igitur presentes volumus posteros nec latere, quod de matura deliberatione ac voluntate libera cum unanimi nostri consilii consensu civitati nostre Brietzen vendidimus, apposuimus, contulimus et presentibus conferimus Myricam superius et inferius ante dictam civitatem sitam, Insuper thelonium in tacta Civitate cum lignis ad antedictum thelonium pertinentibus inter Beliz et Brietzen sepe tactam situatis, videlicet superius Wardenbrugge usque ad metam Monachorum inferius, dimidietatem medie paludis usque ad malum, aggerem et molendinum Claufsdorff ac ad agrum Vile Schepp et ultra latitudinem et longitudinem usque ad locum Carbonifandi prope Niendorff et ad arbores metam notificantes prope Brugge et Linthow et quicquid ligni aut mirice ibidem intra continetur cum omni utilitate fructibus usibus et attinentiis pacifice et quiete perpetuis temporibus possidendum. Ut igitur hec donatio nostra a nobis nostrisque heredibus aut successoribus seu ab aliquo non possit futuris temporibus immutari, presentem literam conscribi iussimus et Sigilli nostri appensione communiri. Testes hujus rei sunt Nobilis Dominus Guntherus Comes de Schwartzenburg, Summus noster Consiliarius, Johannes de Buck, Tetzels de Bernstein, Advocatus noster in dicta Brietzen, Milites, et alii plures fide digni. Datum Spandow Anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo secundo. Feria sexta ante diem Laurenty Martyris.

XIX. Des Rathes zu Brietzen Privilegium für die dortige Bäckerzunft, vom 16. Dez. 1342.

In nomine Domini Amen. Ne ea, que coram nobis aguntur excidere labili videantur memoria et ne ab aliquibus in posterum attemptari poterint calumnia, ipsa litterarum serie et testimonio fecimus perhennari. Hinc est quod nos consules et jurati Civitatis Brizene Universis ac singulis presentes litteras inspecturis volumus fore notum, quod nos contulimus seu dedimus et damus Pistoribus nostris in copia opus eorum pistrinum seu vulgari sermone guldam vel Innunghe matura totius communitatis civitatis nostre premissa voluntate pariter et consensu, hiis quidem conditionibus interpositis et premissis, videlicet, quod quilibet pistorum annuatim in censu civitati det quatuor solidos denariorum parvorum usualium, quos binis temporibus anni scilicet duos solidos in festo Walpurgis et duos in